

# Cap. III. De Prandio, & cœna, &c. 23

14.  
Nota.

sumptu multi ex somno gignuntur vapores, qui cum ob cutis meatus obstructos, extra ferri non possint, sursum eleuari, ac caput repleti necesse est. In manè autem si cibus assumentur, quia cutis meatus aperiuntur in vigilia, per quos fumi exirent, & resoluuntur, ideo caput non tentant. Contra quam opinionem & si multis mediis responderi posset, cum tamen hic non sit locus disputacionis, hoc uno solo arque efficaci medio, eam refellere contenti erimus: diffusè enim illam discussimus in quarto Contradicentium. Ideo breuiter dicimus; quod vapores qui in nobis gignuntur, vel sunt suaves, & calor nostro naturali affines, vel flatuosi turbidi, ac (vt ita dicam) nebulosi: tantum abest, si primo modo, vt caput repleant, ac laedant, quod omnes operationes naturales adiuuant, somnum namque conciliant, iuxta Galeni sententiam, tertio de locis. [Utilis namque materia, qua ex stomacho in cerebrum colligitur, quæque magis humidior, ac mediocriter calidior est, somnum conciliat, ex quo fit attractio spiritus vitalis, ac naturalis, à virtute regitua pro restauratione eius, quod resolutum est in vigiliis de spiritibus, & vt cibus optimè concoqui possit: si vero flatuosi, ac nubilos gignantur, dubium non est, quin eo tempore assumendus sit cibus, quo melius confici, ac elaborari possit.] Cum enim alimentum perfectius fuerit concoctum, vapores ex eo eleuati tantò suauiores, ac natu calori proximiores erunt, non autem turbidi, ac nebulosi, quales ex pituitosis, & crassis, atque ex humoribus semiconcoctis, in ventriculo existentibus gignuntur, verum cum in somno (vt demonstratum est) melior fiat concoctio, ideo & per consequēs pauciores sient flatuosi vapores, dum tamen cibus suapte natura non sit flatuosus, & minus replebitur caput, quod & experimento comprobatur in febrentibus, quibus si cibus exhibeat febre in vigore existente, acres, mordaces, fumei, & fuliginosi vapores gignuntur, ob malam, quam facit igneus calor, concoctionem, & proinde datur cibus hora remissionis febris, quo tempore calor minus igneus, & magis naturalis est. Ut igitur ex cibo fumei ac fuliginosi vapores, pauciores siant (ex quibus distillationes atque variæ capitum indispositiones oriuntur solent) tempus cibandi erit in vesperi, id est, in cœna, nisi (vt diximus) consuetudo prohibeat, circa quod tamen vnum præcipue animaduertendum est, ne statim à cœna somno indulgamus, quoniam tunc temporis caput vaporibus malis repleti necesse est, dum etenim cibus in superiori ventriculi orificio existit ac veluti innatans se commouet, & calor innatus sese per somnum ad intima contrahit, maximam in eo iam innatante excitat fluctuationem, atque vniuersi corporis æstuationem, plusque exhalataæ materia in superiores partes semper resilite facit. & sic caput mirum in modum repletur, quod multorum, magnorumque sèpè malorum est causa, ergo expectandum est, quoad cibus à superiori ventriculi parte ad ipsius fundum descendenter, priusquam aliquis cœnatus somno se committat, quod eri duarum ad minimum

horarum spatio, quo tempore clausum erit ventriculi orificium, nec tanta ciborum evaporatio ad cerebrum fiet, iucundis ergo eo tempore vacandum est confabulationibus, & paulisper, molliterque deambulandum, ut uitatis omnibus incommodis, ex somno integer absolutæ concoctionis sequatur usus. Quamobrem mos ille conseruandus erit, in quo ratio, & celeberrimorum virorum authoritates nobis præsent, quibus si subscriptat usus, & consuetudo honestissimorum, laudatamque imprimisque politè ac ciuiliter vitam persequentium, neque se nimis longo ieiunio macerantur, neque repetitis eadem die crebrioribus comeditionibus, potionibusque exaturantur: nil aliud ulterius protuenda valetudine, eaque diu incolumi conseruanda, desiderari excogitamus.

Mos seruandus.

## C A P V T V.

### De generali victus ratione.

Porrò vt instituamus aliquam victus generalis rationem, in nullo (vt ita dicam) sed potius optimam omnibus, ea talis erit. Necesse est, vt aliquid sit solidum, admodum temperatum & familiare: id ergo optimum, & proculdubio panis silagineus, seu ex tritici flore farinæ bene cibratus, fermentatus, pintus, coctus, recens, mollis, sponiosus, lenis, & æqualiter habitus, pro ratione partium, in quo crusta, subcrusta, crispatus cortex, medulla iucundus odore, saporeque: Hic etiam calidi & humidi temperamenti est, etenim ex tritico optimo confectionum volo, recenti, ponderoso, albo farina, flavo cortice, non exeso, non madefacto prius: nato pingui solo, aperto. Soli ardenti exquisito, sed aura liberiore saepius perflato, maturo. Quantum vero declinat ex temperamento, per calidum & humidum, tantum ab hominis natura, per frigidum, siccumque, in cuius opposito, caro, & non omnis, sed porci campestris, masculi, vnius anni, atque etiam castrati annui, tum pullorium, & auium grana comedentium, & ex his alæ, atque iecora, tum cerebra colligentur. Optima omnium columbi parui sylvestris, turture paulo maioris, sed ei similis, post galli paui: pulli ob commodium, inde phasiani, demum perdicis, post auicularum ex eo genere candidas carnes habentium, inde hœdina, qua nondum surgere desit, vitulini lumbi, & lactes, post pedes non pro carne, sed carneis habentur, parum nutriunt assata multo, & molli adipe vituli, & gallinae, in patina vel olla suffocatae, verum pauci norunt. Post pisces pelagi, & molles ut soleæ, passeres, gobij, aut squamosi, velut auras, ex fluminibus lucij tantum: oportet autem in piscibus, minores besse relinquere, & omni aqua stagnante, turbulentia, fœrida, & ob id prope vrbes, à besse autem, ad sexquilibram, ita tantum, vt in suo genere sint iuniores, recentes, pingues, leues carne candida, supra eliguntur: pro visceribus, iecore, lactibus, ouis, partibus circa os, & oculos: at medium, si paulo maiores sint constituto, viscera, venter, & oculi: & dicta minorum, aut nimis mollium

Generalis vic-  
tus ratio.  
Panis ac tritici  
optimæ  
conditionis.

Cur statim à  
cœna somno  
indulgere non  
debeat.

Nota.

Pisces boni  
qui fugiendi.